



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Externis Regulis Amoris Et Morum, Legibus Utique, ac Praeceptis  
Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, necnon Decalogi & Ecclesiae -  
Libros Vndecim Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio  
Leodii, 1709**

Caput XI. Nullum juramentum, vergens in pejorem exitum, servandum est,  
nec illud non servans est perjurus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73203)

le quid, quod sub juramento cadere posset.

Ad uberiorum verò explicationem questionis, quā queritur, quibus modis juramentum in deteriorēm vergat exitum, S. Antoninus p. 2. tit. 10. cap. 6. dicit, id contingere sex modis. Primo, cūm juratur quod eī mortale in se. Secunāo, cūm juratur quod eī veniale in se. Tertiō, cūm juratur inaffidens aliquid, quod ex circumstantiis efficitur veniale, vel mortale. Quarto, cūm iuramentum excludit opus ex charitate facendum, ut quando jurat aliquis, quod nihil dabat isti ex charitate, vel quid non volebat Deum. Quinto, cūm excludit opus de genere honorum, ut cūm quis iurat quid non nūquā erit Episcopus, Monachus, vel Canonicus; vel quid non celebrabis usque ad mensem, vel quid non sejunctabis pro Deo, vel pro peccatis suis, in parte & aqua, si non precipit eī; vel quid non dicit Psalterium, vel septem Psalmos; vel quid non invocabit illum, in lictis & honestis, nīque ad certū tempus. Sextio, cūm excludit opus indifferens, pia intentione pro Deo aut proximo faciendum, uisquis juret quid non loqueretur Martino, vel non intrabit donum ejus, vel non coquet ad fūnum ejus, vel molet ad molendinum; vel quid alia non faciet, vel quid non vendet ei rem minori prelio quām tali; vel non concedes ad eamdem mensam cum eo... Credo quid proprie bujusmodi iuramentū non debet declinare à ratiōnib; si ea velit facere pia intentione, & proper Deum, & salutem anima sua, & properat scandalū proximi, contra quem sic iuravit. In primis autem tribu modis, credo quid possit quilibet sic jurans autoritate propria venire contrā; sed imponenda est ei penitentia de remario iuramento. In reliquis triib; quāvis bujusmodi iuramentū non sīm obligatoria, nec imponenda sit penitentia pro transgressione eorum, tamquam pro mortali; non expedit tamen propriā auctoritate contravenire, nisi propter urgentem necessitatem: tum propter reverentiam iuramenti: tum propter scandalū simplicium, qui putant se incurri perjurium. Unde petenda est absoluto à Superiore, qui bujusmodi iuramento debet facere relaxari, vel potius ostendere sic iurantes non fuisse obligatos, & imponere penitentiam de temerario iuramento.

Et idēo Dracontium, non obstante iuramento de non acceptando Episcopatu, ad eum accep-  
tandum compulsi S. Athanasius. Theodosium quoque Imperatorem, S. Ambr. epist. 40. ad ipsum Theod. datā, declaravit non teneri iuramento de restauranda synagoga Iudeorum, deque supplicio afficiendis Monachis, qui Fa-  
num Valentianorum hæreticorum, ab ipsi contumeliam affecti, incenderant: Int̄gra (in-  
quit) adhuc tibi sunt omnia. In hoc me ego Deo  
nostro pro te obligo, ne verear sacra-  
mentū. Nūquid Deo asplicere poterit, quod pro eis  
emendatū honorificentia? Sic Urbanus III. cap.  
cūm quidam de juretur. Ille (inquit) qui iur-  
ant non loqua patrī vel matri, sororī vel fratri,  
aut illis humanitatis subfidiā non exhibere; ab-

quis coetus 22. q. 5. si quis coetus pro vita redimenda, vel p. o qualibet causa, vel necessitate perjurat, quia plus corpus quam animam dilexit, tres quadragesimas pauciat; alii verò iudicant tres annos, unum ex his in pane & aqua. De voto Glosa in cap. Abbas, de his quæ vi, &c. Votum (inquit) per metrum fūdum, nullum est: quia votum res est consilii, non praecepti, & liberum est arbitrium in votante. Alias non est votum, ut constat ex definitione ipsius.

## C A P U T XI.

Nullum iuramentum, vergere in pejorem exitum, servandum est, nec illud non servans est perjurium.

**106** Ta S. Thomas q. 89. a. 7. ubi sic: Si si quisdam possit fieri, quid iuratum est; sed fieri non debet, vel quia est per se malum, vel quia est boni impeditorum, tunc iuramento debet justitia. Et idēo iuramentum non est servandum, in eo casu qui est peccatum, vel boni impeditorum. Secundūm enīm S. Augustinū l. de bono conjugali c. 4. utrumque horum vergit in deteriorēm exitum. Et ad 2. dicit, quid iuramentum potest vergere in deteriorēm exitum duplīciter: uno modo, quia ab ipso principio habet pejorem exitum; vel quia est secundūm se malum: sicut cūm quis jurat se perpetratūrū adulterīm. Sive quia est majoris boni impeditorum, puta cūm aliquis jurat se non intraturū Religionem, vel quid non fier Clericus, aut quid non accipiet prælatūrem, in casu in quo expedit eum accipere, vel siquid aliud est ejusmodi. Et quidem si quis iurē se factūrū aliquid peccatum, & peccavīt iurando (quia de iuramento fecit vinculum iniquitatis) & peccat iuramentum servando. Siquis autem jurat se non factūrū aliquid melius bonum, quod tamen facere non tenet, peccat quidem jurando, in quantum ponit obīcēta Spiritui sancto, qui est boni propositi inspirator; non tamen peccat iuramentum servando; sed mulio melius facit si non servet.

Alio modo vergit in deteriorēm exitum, propter aliquid quid de novo emerſerit, quid fuit impremitatum, sicut patet in iuramentū Herodis, quo iuravit Puella saltanti se daturum quod petiſſet. Hoc enim iuramentum poterat offrī à principio licitum, intellectā debitiā conditione, si petoret, quod dare liceret. Sed cognitā nequitā res promissā, eam servare non debuit; immo impletio iuramenti fuit illicita. Unde Ambrosius l. 1. de officiis Ministrorum c. 50. ait: Est contra officium nonnūquā promissū solvere sacramentū, sicut Herodes, qui necem Joannis praefavit, ne promissā negaret. Hinc regula juris in 6. Non est obligatorium contra bonos mores praefitū iuramentum.

**108** Hinc iurū S. Thomas q. 98. a. 2. ad 1. Ille qui jurat se factūrū aliqua illicitū, juriando incurrit perjurium, propter defectūm iurū; sed si non impleat quod iuravit, in hoc perjurium non committit: quia hoc non erat tā-

solvendi sunt ab illius observantia juramenti; cùm illicitum sit, & contrarium rationi; iuncta tamen eis, de hoc quod male juraverant, pænitentiā competenti.

## CAPUT XII.

In mortali versantur criminis, qui leviter, temere, absque iusta necessitate, vel utilitate, ex prava consuetudine jurant, nec consuetudinem illam corrigerem pro virili curant.

**I**Ta Soto de abuso juramenti c. 12. ubi docet consuetudinem jurandi esse mortalem, etiam in eo qui non habet consuetudinem mentiendi, si serio non allaboret ad consuetudinem illam corrigitam. Propositum etiam vendi ab assuetudine jurandi, illi necessarium esse ad salutem, qui non est vitio mentiendi corruptus. Nam sicut in multiloquio periculum conflatur mentiendi venialiter; ita in frequatione jurandi periculum existit mentiendi cum juramento, quod semper est mortale. Qui enim amat periculum, peribit in illo. Et ideo qui ex dicta consuetudine inadvertenter jurat falsum, à mortali non excusat, juxta Navarrum, Medinam, Sylvium. Quia juramenta illa falsa ipsi voluntaria sunt in consuetudine illa, eo ipso voluntaria, quo non studet, nec pro virili curat eam emendare.

**II** Et hoc est quod divina Scriptura Ecclesiastica 23. docet his verbis: *Jurationi non afflescat os tuum; multi enim casus in illa...* Vir multum jurans, implebitur iniquitate, & non discedet a domo illius plaga. Et c. 27. *Loquela multum jurans, horripilationem capiti faciat, & irreverentia ipsius obturatio aurium, in audiencibus, quibus est scandalum. Quae est altera causa gravis peccati ipsius. Graviter namque scandalizantur fideles, dum audiunt Deum tam irreverenter passim testem appellari in rebus levissimis.*

**III** Hoc est etiam, quod Augustinus frequenter inculcat, dum v. g. epist. 157. alias 89. c. 5. dicit: *Jurationem cave, quantum poses. Melius quippe nec verum juratur, quia jurandi consuetudine & in perjurium sapienter caditur, & semper perjurio propinquatur.* Et serm. 180. alias 28. de verb. Apost. c. 9. exponens ista Apostoli verba: *Ame omnia nolite jurare, hoc ideo Apostolum dixisse ait, ut Christianos à jurandi consuetudine cohiberet: Quid est, ante omnia?* Ante omnia vigila, ante omnia intentus esto. *Juravimus & nos passim habuimus istam veterinam jurandi consuetudinem, & mortiferam. Dico charitati vestra, ex quo Deo servire capimus, & quantum malum sit in perjurio vidimus, timissimus vehementer, & eternozissimam consuetudinem timore frangavimus. Franata restringitur, restricta languescit, languescens emoritur, & male consuetudini bona succedit.* Ait Christus: „Sit in ore vestro, est, est; non, non: quod autem amplius est, à malo est. ... Sed tamen aliud habet humana, pessima consuetudo. Et cùm tibi creditur, juras; & cùm nemo exigit, juras; & horrenti-

bus hominibus juras.... Itam ergo consuetudinem quotidianam, crebram, sine causa, nullo extorquenti, nullo de tuis verbis dubitante, jurandi, avertite à vobis, amputate à linguis vestris, circumcidite ab ore vestro.... Quid est, ante omnia? Prae ceteris cautus esto, plus ad hoc intentus esto quam ad alia. Major consuetudo maiorem intentionem ( id est magis follividam curam & conatum ) flagitar, non levis rei consuetudo.... Lingua facilitatem habet mortis, in adopposita est, facilè in lubrico labitur. Quanto illa citius & facilius moveatur, tanto tu aduersus illam fixus es. Domabis, si vigilabis, vigilabis, si timebis, timebis, si te Christianum esse cogitaveris.... Non fiat hodie, pigrus sit oras. Si & oras factum non fuerit, minus laborat qui expedit; adjuvatur enim consuetudine superioris dies. Et rufus consuetudo illa ab ipso serm. 116. inter novos, vocatur *mortifera jurandi consuetudo*.

Similiter, ante Augustinum, D. Ambrosius 114. l. de exhortatione virginitatis c. 11. *Quid nos Scriptura admoneat, consideremus; non jurandum facile, quia plerumque multi casus accidunt.... Qui jurat, aliquando necesse est incidat in perjurium: quia omnis homo mendax. Noli ergo jurare, ne incipias pejare.*

Innocentius III. cap. eti Christus de jure 115 jurando: *Quedam prohibentur, quia per se mala sunt, ut furtum, &c. Quedam vero prohibentur ex causa, non quia per se mala sunt, sed quia si sunt frequenter, & multum, ex his mala sequuntur.... Sic juramentum per se quidem malum non est, cùm si confirmatio veritatis; sed tamen prohibetur ex causa, quoniam ex frequenti & incerta juratione perjurium sapienter contingit.*

Accedit, quod etiam supposito quod alius solitus estet dumtaxat verum jurare, supposito etiam quod singula jurations per se non excederent culpam veniam; assidue tamen, absque necessitate & utilitate, absque etiam pietate & reverentia Deum in rebus levissimis testem appellare, & non curare malam istam consuetudinem emendare, Deo videatur graviter dispicere, & quemdam ipsius contemptum præ se ferre, ut bene Boudartius hic: sicut (inquit) semel aut iterum Principis autoritatem in rebus levissimis interponere, potest esse leve; si quis vero assidue, & quacumque etiam levissimam occasione authoritatem ipsius interponeret, meritò Principem graviter offendet. Unde verius videtur, & sine dubio tutius est dicere, prædictam consuetudinem etiam sub mortali esse abdicandam. Huc usque Boudartius.

Ex his sequitur 1<sup>o</sup>. Confessarium, eos qui 117 jurandi consuetudine implicantur, absolvere non debere, nisi vel pravam illam mortiferamque consuetudinem exuerint, vel saltem viderit eos pro virili contra eam luctari, & ad eam extirpandam serio allaborare. Quem in finem S. Carolus Borromaeus A. Eccles. Mediol. p. 4. monet talibus consuetudinariis

Tom. II.